



1589.

1. Garcaeus, Joachimus : Aristotelis physicorum liber V.,  
de partibus motus, ut vocantur, subjectivis, ad disputan-  
dum propositus

1592.

Setzerus, Hieremias : De locatione. conductione et  
emphyteysi

1593.

1. Garcaeus, Joachimus : De optima philosophandi ratione  
prop. I.

2. Schedius, Daniel : De sponsalibus et matrimonio.

3. Setzerus, Hieremias : Disputatioes II, in quibus  
materia sponsaliorum et nuptiarum . . . examinata  
est.

1594.

Roberus, Elias : De rerum divisione. Defect.



1595.

Rythnerus, Andreas: De patria potestate, ejusque causis  
constituentibus, nuptiis videlicet, legitimatone,  
adoptione . . . ex T. 9, 10, 11 et 12 libri I Inst. Imper. con-  
cordantibusque T. Canonici et Civis J. T.

1596

Boefras, Georgius Silesiacus: De pignoratibus et hypothecis  
Centuria

1598.

Pelargus, Christophorus: Oratio ipso die exequiarum solen-  
nium Dn. ~~Philippi~~ Johannis Georgii Marchionis Brandenburgensis  
recitata.

1601.

1. Habenas et Woldenbergk, Henricus, a: <sup>verborum et</sup> ~~De furtis, vi~~  
~~bonorum raptorum, et lege Aquilia~~ literarum obligatio-  
nibus deq. fidejussoribus.
2. Habenas et Woldenbergk, Henricus, a: De furtis, vi bono-  
rum raptorum et lege Aquilia.



3. Stadius, Christophorus: De modo visionis.

1609.

Willenberger, Bartholomaeus: Sylloge Disputationum  
ad universum jus feudale accommodatarum

1611.

Polenius, Matthias: De duobus reis constituendis

1613.

Coppenius, Johannes: De tutela et cura.

1617.

1. Polenius, Matthias: Ad l. domum S. C. VI R. V.

1619.

Herderianus, Cyriacus: De sumptibus vel expensis

Judiciorum

1621.

Waldovius, Wilhelmus: De furto et rapina



1622.

1. <sup>civis</sup> Goldbach, Matthaeus: De servitutibus tum in genere,  
tum de realibus et personalibus in specie.
2. <sup>civis</sup> Goldbach, Matthaeus: De interditiis.
3. Herdesianus, Cyriacus: De alimentis.
4. Majus, Johannes: De Temperantia

1625.

1. Grunovius, Simon: De veritate et falsitate
2. Milagius, Martinus: Utilissima expensarum  
tam extrajudicialium quam judicialium materia  
IV. Disputationibus exhibita.



[1601], 2

11



DISPUTATIO XIX.

DE

FVRTIS, VI BONO  
RVM RAPTORVM, ET  
LEGE AQVILIA,

QVAM

*Permissu Magnifici & Amplissimi Jurisconsultorum  
Ordinis, in inclutâ Francosurdensium  
Academia.*

Auspice Trinuno Numine

PRÆSIDE

HENRICO à Stabenaw ET  
Woldenbergē SiL.

*Defendere conabatur*

VVOLFGANGVS MIESER  
BeroL. March.



*Francofurti cis Viadrum*

*Typis Nicolai Voltzii,*





AMPLISS: PRVDENTIA ET  
AUTHORITATE FLORENTISS. Dn.  
Cofs. & ad unum omnibus Senatorii ordinis utriusque  
Brandenburgensium Reipubl. viris, Scabinarum  
et ibidem assessoribus consultis, Fautoribus  
suis omni observantia con-  
lendis.

Τ Γ Ι Α Ϊ Ν Ε Ι Ν.

Ἦτος ἀνὴρ ἰπποκράτης σοφός  
Γνώμη σοφῆ λέξε φρονιμοτάτας:  
Ἡ τέχνη ἐστὶ μακρῆ ἀλλὰ  
Σύντομόν ἐστι βιώναι ἡμῖν.  
Ἄλλ' ἡμῶν τὴν σωτηρίην βίβ  
Παρελκέρων πάντων μελέτη ἔχει  
Ὡς τὰ βίω ἡμῶν βραχίστῳ  
Τεχνισύνης κρατέειν ἔχωμεν.  
Ἦ καὶ παιῖδων δὲ τὸ ἀπὸ μέγα  
Ὡς ἐκπνεῖσθαι πηγήματα βέλτερον  
Ὡς ἡμῶν ἡμῖν πρὸς τ' ἀεὶ  
Κύδη αἰεὶ δίδοται κέλευθα.  
Εὐ ἐνοῶν ἐν πηγήματι τὸ βέλτερον  
Εὐφρανεῖμεν μὲν πάντα βίον θέλω  
Ἀσκήμασιν θυμῷ φερίστοις  
Ὡκέατος θεμιδὸς τ' ἐρευνᾶν.  
Εὐ μαρτυρήσασιν λογίαι ΘΕΣΕΙΣ  
Ἀς ὑμῖν δόσκω εἰνεκα τῆς ἀγῆς  
Τῶν ΒΡΕΝΝΟΗΤΡΩΝ ὦ ΠΡΟΒΟΥΛΟΙΣ  
Ἀξίον καλὰ τοῖς νοήσασιν.

VWolfgangus Mieser  
Respondens.



DISPUTATIO XIX.  
DE FURTIS, VI BONORVM RA-  
ptorum, & Lege Aquilia,

Respondente

WOLFGANGO MIESER  
Berlinens. March.

Παρουσίη.

**E**Xposuimus hactenus obligationes ex contractu  
& quasi ex contractu, sequitur ut de obligatio-  
nibus ex maleficiis dispiciamus, quarum quatuor  
Imperator enumerat, Furtum, Rapinam, Damnum,  
Iniuriam.

Thema I.

**F**urtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, (a)  
vel ipsius rei, (b) vel etiam usus eius, (c) possessionisve, (d)  
quod lege naturali prohibitum est admittere (e),

(a) § furtum autem 1. Inst. it. de oblig. que ex delict. nasc. L.  
sequitur 4. § item Labeo 10. L. non solum 33. § quod vulgo 1. ff. de V-  
sucap. L. qui legatorum 2. § quod vulgo 1. ff. pro hered. que verba pro  
interpretatione verbi fraudulosa accipit Cuiacius in notis institut ad h.  
tit. Vide tamen Hotoman. add. § furtum autem 1. enunciat. 5. (b) L.  
si ignore 54. § eum qui 1. ff. de furt. (c) L. inter omnes 46. § si ser-  
vus 1. L. furtivam ancillam 74. ff. de furtis. (d) L. si dolo malo 1. §.  
Scevola ait 15. ff. si is qui testam. liber esse (e) L. probrum 42. ubi pul-  
chre Gæddæus de V. S. Forcatul. in Nyceomantia dialog. 29. num. 29.

T

Diff.



Diss Theophilus in § ius autem 1: Inst. de iure N.G. & C Alciatus in dl  
L. probrum 42. num. 5. & 6. Vide Danaum 2. Ethic. Christ. cap. 15. qui  
loca nonnulla scripturæ sacræ furtum quasi approbantia nervose enodat  
& explanat.

II.

Furtum duplex est manifestum (a) & nec manifestum  
(b): Dein furtum aliud est nocturnum, aliud diurnum (c): dome-  
sticum aliud vel non domesticum (d).

(a) quod fit quando fur in ipso furto deprehenditur, quod et  
avroφόρῳ dicunt: vel si in eo loco in quo furtum facit deprehendatur  
aut videatur ante, quam pervenerit eo, quo eam perferre destinaverat, §  
furtorum autem 2. Instit h. tit Paullus 2. sentent. tit. 31. § 1. L. furto-  
rum genera 2. cum duab. Lib. seqq. ff. de furt. Ex quibus suspecta reddi-  
tur doctrina Bartoli in l. falsus 3. C. de furtis & Angeli Aretini Instit. h.  
tit. num. 7. existimantium, ut quis fur manifestus dicatur, necessariam  
esse acclamationem, cum non minus visus cum re furtiva quam deprehen-  
sus pro fure manifesto habendus sit Iul. Clarus lib. 5. sentent. § furtum,  
num. 2. Vult Inst. h. tit § furtum 1. num. 7. vide acute Cuiacium 11. obs.  
cap. 38. (b) quod fit, quando in faciendo quidem fur deprehensus non est,  
eum tamen furtum fecisse negari non potest. L. nec manifestum 8. ff. de  
furt. Paullus sup. d. loco. & hanc distributionem probat Imp. Carolus V. in  
der Peinlichen Halsgerichts ordnung art. 117. (c) L. itaq; 4. ff.  
ad L. Aquil. Cuiac. 11. obs. cap. 27. Hinc illa Dd. disceptatio, an  
furem noctu deprehensum occidere liceat, diurnum non item?  
Prius indistincte admittunt ex L. 12. tab. posterius non item, nisi se te-  
lo defenderit. Cuiac. 14. obs. 15. & 19. obs. 12. Treutl. disp. 35. thesi  
2. lit. B. volum. 2. quod tamen catenus admitto, quatenus sine periculo ei  
parci non pot. st. L. Sed & 5. in sine princ. ff. ad L. Aquil. L. furem no-  
cturnum. ff. ad L. Cornel. de sicariis Schneidvvein in § iniuria 2. num.  
6. & 7. ex doctrina Iohannis Fabri instit d. L. Aquilia. (d) illud fit pa-  
trifamilias a filio. vel a servo, vel ab uxore, quod tamen peculiari nomine  
appellatur, rei amotæ, tot. tit. ff. act. rer. amot. L. servi 17. ff. de furt. hoc  
multis modis de quibus vide Treut. d. disp. th. 2. vol. 2. De furtis do-  
mesticis hoc vulgatum est, ea levius arbitrio iudicis, non ve-

10



ro pœna ordinaria vindicanda esse L. perspicendum 11. § fut. 18  
domestica 1 ff. de pœn. L. si quis 53. ff. de furt. Gomez tom. 3 var reje-  
lut. cap. 5 num. 3. Quod tamen in servis, libertis & mercenari-  
is iis qui operas suas locarunt admittit si furta sint levia a nã  
de iis que graviora sunt, concessum est Civiliter & criminao  
liter agere. L. prætor 7. § præterea 2. ff. de iniuriis. L. homo liber 54.  
§ sed damnum 2. in verbis ut tamen culpam in damno dando exigere de-  
beamus graviolem ff. de acquir. rer. dominio L. apud. antiquos 21. C. de  
furt. illust. & aureæ decis. VVittemb. p. 4. quæst. 15. num. 18.

111.

Committitur furtum non tantum ab iis qui res interci-  
piunt, sed ab iis etiam, qui alia ratione in re fraudem committunt.

L. falsus 43. § falsus procurat: 1. ff. de furt. L. Si quis 18. in fi.  
ff. de solut. L. cum servus 15. in fin. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.  
L. falsus procurator 19. C. de furt. Diff. Azo argumento definitionis in §  
1. Inst. hoc tit. Hinc quæritur, an is qui opem & consilium saltē  
præstitit furto videatur fecisse? Res distinctione erit expedien-  
da. L. qui servo 36. L. furtum 62. ff. de furt. L. consilij 47. ff. de R. I. L.  
si servus servum 27. § si quis de manu 21. ff. ad L. Aquil. L. si quis. 52.  
§ neque verbo 19. ff. de furt. L. in furti 50. § ope consilio 1. L. is qui 34.  
ff. de furtis Gomez tom. 3. var. res. cap. 5. n. ult. Gœddæus ad L. sæpe 54.  
§ item comparatum de V. S. nu. 17. Decius in d. L. consilij ff. de R. I. Diff.  
VVesemb. ad § interdum 11. Inst. h. tit. Quid si furem cum rebus lu-  
is furtivis scienter recepit? receptatorem similitudine supplicij  
afficiendum statuo. L. eos qui 14. C. de furt. L. qui vas 43. § qui  
furem 1. ff. de furt. L. congruit 13. ff. de officio præsid. Gomez tom. 3.  
resolut. cap. 5. num. 16. Clarus § final. quæst. 9. in fin. Borc. ad § fur-  
torum autem 3. Institut. h. tit. Dissent. VVesemb. in paratit. ff. de recepta-  
torib. De tabellario qui pecuniam sibi annumeratam in pro-  
prios usus convertit variatum memini, an revera furtum com-  
mittat, ita ut ultimo supplicio adfici possit? Et posse affirmo.  
L. si is 7. C. de furt. L. si quis uxori 52. § Iulianus 16. ff. de furt. L. si ti-  
bi 25. ff. de donat. Covarruy. lib. 3. var. resolut. cap. 15. num. ult. Consti-  
tutio

T 2

tutio





tutio criminalis art. 170. Constitutio Electoris Augusti p. 4. constitut.  
41. Illust. & aur. decis. VVittemb. p. 4. q. 16. Moller. libr. 4. semest. cap.  
2. & ad d. constit. Elect. num. 8. Dissent, Iason in L. eius qui in provincia  
§ quas vero pecunias num. 7. ff. si cert. per. VVesemb. in paratit ff. de  
furt. n. 11. Chassanæus in consuetud. Burgund. tit. des iustices § 5. Idem  
dicendum arbitror de auriga, qui de mercibus vel aliis rebus  
ad certum locum vehendis sibi traditis aliquid surripuit. Mol-  
ler. modo d. loco num. 9. An autem is qui rem inventam non red-  
dit furtum faciat quæsitum est? Et facere verius est. d. L. falsus  
creditor 43. § qui alienum ff. de furtis & ibid. Bartol. & commun. Dd.  
L. cum quærebatur l. 1. verbo omnes autem scire debent C. unde vi. Go-  
mez tom. 3. var. resolut cap. 5. num. 4. Quod tamen ita procedit, si rem  
deperditam sibi retineat, non demonstrando, vel ut Dd. verbo utar, præ-  
conizando eam. Gomez sup. d. loco.

IV.

Committitur furtum in rebus alienis (a) corporeis (b)  
& mobilibus: neque verò rerum tantum, sed & liberi hominis,  
qui in potestate nostra est furtum fit. (c)

(a) L. si is qui 51 ff. b. tit. Quid ergo si debitor creditori  
suo pignus furto subduxit, an liberabitur actione furti?  
Et quamvis ostendat se paratum esse solvere, non tamen libe-  
rabitur. L. rei communis 45 ff. pro socio. L. non prodest 5. ff. vi bonor.  
rapt. L. qui manet 12. ff. de servo corrupt. Hoc tamen casu metonymice  
debitor rei suæ furtum facere dicitur, non proprie vult ad § 1. Institut.  
hoc tit. & 1. i. R. cap. 48. num. 8. (b) L. si quid fur 22. L. qui tabulas  
27. L. itaq; 12. ff. hoc tit. In immobilibus proprie & vere non commit-  
titur, sed in aliam speciem delicti transmigrat § furtivæ quoq; 2. verso  
quod autem Institut. de usucap. L. quare 38 ff. de adquir. rer. dominio.  
Atq; ita contrectatio proprie & principaliter est rei corporalis mobilis:  
iuris autem seu rei alterius incorporali in consequentiam vult. ad d. §.  
Furtum 1. num. 16. De rebus hereditariis, & iis que pro dere-  
lictis habentur quæritur, utrum earum furtum fieri possit? N.  
L. hereditariæ 68. cum Lbb. seqq. ff. de furt. L. in eo 33. ff. de adquir. rer.  
domin.



Domin. L. si dolo 1 § Scævola 1 ff si is qui testam. liber. Cuiac. ad L. si  
 bemo 3 ff de iucap vves in paratit ff si quis testam liber. vult. ad d. §  
 furtum d. num. 16. An autem in furtum æque in re minima & quæ  
 modici est valoris committatur, atque in re valoris magni, à  
 magni nominis Iureconsultis dubitatum est? *Adfirmativa præ-*  
*valuit.* Glossa in § Gallinarum 16. Instit. de rer. divis. per d. § Gallina-  
 rum, L. quod enim 3. § quid quid 2 ff de acquir. rer. domin. L. Pompo-  
 nius 44 ff de acquir. rer. dom. L. si pavonem 37. ff. de furt. Clarus in §  
 furtum num. 23. Covar. lib. 1 var. resolut. cap. 3. num. 12. Vult. ad  
 d. § 1 num. 23. Dissent Zafius lib. 2. singul. respons. cap. 26. (c) § in-  
 terdum etiam 9. Institut. h. tit. L. eum qui 14. § si filius familias 13 ff.  
 de furt. Schneidvv. Hotom Mynsing. Vult. & communiter Institutistæ ad  
 d. § interdum: nisi pater publico L. Fabiæ de plagiaris iudicio uti malu-  
 erit L. legis Fabiæ 3. ff. de Plagiar. tot. tit. ff & C. ad L. Fabiam de pla-  
 giar. Hotoman Schneidvv. ad d. § interdum, Diss. Borcholt. ad d. § inter-  
 dum penult. & in § penult. Institut. de publ. iudic. vvesemb. in paratit. ff.  
 de furt. num. 10.

IV.

Furtum neque verbo, neque scriptura fit, (a) Sed con-  
 tractatione fraudulosa (b) quæ fit invito domino (c).

(a) Ulpianus in L. si quis uxoris 52. § neq. verbo 19. ff de  
 furtis (b) § furtum 1. Instit. h. tit. (c) furtum autem 6. cum duabus §§  
 seqq. Instit. h. tit. & ibidem Borcholt. Hinc non immerito queritur,  
 an qui rem invito domino se contractare credit, cum domi-  
 no volente id fiat, nihilominus furtum committat? N. § sed  
 etsi 8 Instit. d. tit. & ibidem Borcholt. & Schneidvv. Dissentit Alciat.  
 lib. 1. dispuñt. cap. 10. ex sententia Pomponij in L. inter omnes 46. §.  
 penult. ff de furt. & Sabini ut refert Gellius lib. 11 noct Atticar. cap. 2.  
 Quam ἀντιλογίαν leviter & sicco pede ab aliis prætergressam, elegan-  
 ter excusit Vult. ad d. § furtum num. 32.

VI.

Furti nomine agi potest pluribus actionibus (a) Datur e-  
 nim actio ad exhibendum, datur vindicatio, datur condictio fur-  
 tiva, (b) datur denique actio pœnalis, quibus agunt omnes, quo



rum ex honesta causa interest, (c) & quidem si furtum fuerit ma-  
nifestum in quadruplum, sin nec manifestum in duplum.

(a) idq<sup>3</sup> odio furum receptum esse attestatur Imp. in § sic itaq<sup>3</sup>  
discretis 14. Instit. de act. (b) d. § sic itaq<sup>3</sup> discretis § final. Instit. hoc  
tit. L. qui tabulas 27. L. sed si 28. L. hoc amplius 29. ff. de furtis cum  
similib. Hinc magna exurgit quæstio an. conditio hæc adver-  
sus heredem furis compe<sup>at</sup>, ut adversus furem ipsum hoc est  
in solidum? A. L. in condictione 9. ff. de condict. furt. & hæc sen-  
tentia est communis Anton Faber lib. 4. conect. cap. 10. Anton Matth<sup>i</sup>  
in notis Instit. ad § final. h. tit. Dissentit Cuiac. 7. obs. 37. & lib. 13.  
cap. 37. quem sequitur Vult. ad § Plane odio furum 14. num. 10. &  
11. Instit. de act. (c) § pæna 5. Instit. h. tit. § ex maleficis 18. §  
in duplum 23. § quadrupli 15. Instit. de act. Diss. Cuiac. lib. 9. obs.  
cap. 37.

VII.

Hodie verò actio dupli vel quadrupli in desuetudinem  
abiit, (a) eiusque in locum successit ordinaria [ultimi supplicij]  
pœna ex Imperatoris Caroli V. constitutione (b).

(a) Cuiacius lib. 8. obs. cap. 32. (b) Peinliche Hals gericht<sup>s</sup>  
Ordnung/ articul. 157. qua constitutum, ut quælibet furtiva, nume-  
ro tria, pretio quinq<sup>3</sup> solidos excedentia, suspendio puniantur. Quæ  
pœna utrum æquitate naturali imitatur sæpe quæsitum est?  
Et, si vel animus latrocinandi cum animo furandi concurrat,  
vel fures sint plane proffigatissimi, perditissimi que, eam æqui-  
tate non destitui existimamus. Vide Nevizan in silva nupt. lib.  
1. num. 69. Menoch de arbitrar. iud. quæst. cent. 4. casu 295. num. 13.  
in fin. Vvesemb. in paratit. ff. h. tit. in fin. Daniel Moller. 1. semestr. 37.  
Covar. 2. resolut. cap. 9. num. 7. An autem hæc pœna ad fœninam  
si furtum committat sit extendenda ut nimirum suspendatur?  
N. Alexand. consil. 136, quod incipit circa primum dubium, volumine 1.  
Chassan in consuetud. Burgund fol. 40. col. 1. sub num. 2. auctior disse-  
rentiarum iuris Civilis & saxonici per 4. different. 36. num. 2. An ab  
hac pœna liberetur fur, vel alius mortis reus, si a puella in-  
ma-



matrimonium petatur? N. L. si ex causa 9. § Papinianus 4. ff. de mi-  
norib. L. ad bestias 31. ff. de pœn Treutl. parte 2 disp. 30. th. 3. Dissent.  
Chassanæus in consuetudinib. Burgund. tit. des Iustices § 2. ubi rationem  
perridiculam adducit, quod videlicet per matrimonium eiusmodi reo vi-  
deatur maior pœna imposita, quam per mortem. quam tamen amplecti-  
tur Clarus lib. 5. recept. sent. § final quæst. 98, num. 6. An item ab  
hac pœna excusentur qui urgente fame ad res aliorum frau-  
dulose contrectandas inducti fuerint quæritur? Adfirmant ad  
unum omnes interpretes: nos sacrarum literarum auctoritate victi con-  
trarium tuebimur. Exodi 20. vers. 15. & 22. vers. 1. Levit. 19. vers  
11. Deutoron. 5. vers. 18. Iosue 7. vers. 1. & 20. Hæc & similia  
passim in sacris occurrentia Dan eum 2. Eth. Christian in eam quam tu-  
emur adduxerunt sententiam. Diss Clarus in § furtum, num. 24. Gail.  
lib. 1. obs. 142. num. 8. & 1. obs. 102. num. 13. Rainald. Corsus 1. in-  
dagat. cap. 18. Francisc. Sarmient. de re ditib. Ecclesiasticis par. 3. cap. 4.  
num. 4. Comedens cum fure eiusmodi res furtivas, ante-  
neatur ad restitutionem partis eius quam comedit quæri-  
tur? A Covar, in relect. cap. peccatum de R. 1. in 6. fol. mihi. 265. I-  
mo verò e neus rem furtivam etiam ignoranter, eam sine pre-  
tio domino restituere cogitur. L. in civilem rem 2. C. de furt illust.  
& aur. decis. VVittemb. p. 4. cap. 15 num. 9. An autem is qui in  
cruce nagi ut nihilominus res furto subtractas vel earum æ-  
stimationem, cum eo quod interest eius cui subtractæ sunt  
restituere teneatur aliquam habet dubitationem? A. L. si pi-  
gnore 51. § cum furti 3. ff. h. tit. L. qui vas 42. ff. eod. L. qui ea 65. ff.  
eod. L. ancillæ 12. C. h. tit. argumento L. si pro fure 7. § condictio 2. L.  
in re furtiva 8 § si ex causa 1. ff. de condict. furt. c. gravis de restitut.  
spoliator. Consuetudinem verò, quam in aliquot locis etiam  
num vigere audimus, ut bona furto subtracta iudici relinqua-  
tur, nec ei cui furtum factum est restituantur: non dubitamus  
à iure scripto & naturali æquitate esse alienam. argumento L. si  
captivus 20. § verum est 1. de captivis & postlimin reversis L. Janci-  
mus C. de pœnis. L. nam hoc natura 14. ff. de condict. indebit. Schneidvv.

in



in § final. Instit. hoc tit. num. 2. Damhauder in pract. criminal. de furt.  
cap. 110. num. 52. Daniel. Moller, ad constitut. Elect. p. 4. constitut.  
33. num. 7.

IIX.

Altera delicti privati species est rapina quæ definitur delictum quo quis alicui invito cuius interest rem per vim rapit (a) & est rerū corporalium mobilium tantum (b): eiusque actio quam proximè ad actionem furti accedit, (c) & datur intra annum in quadruplum (d) post annum in simplum.

(a) tot. tit. Instit. de vi bonor. rapt & ibid vult. num. 3 in princ.  
(b) § ita tamen. 1. vers. quod non solum institut. de vi bonor. raptor.  
Vis enim quæ adhibetur in immobilibus invasio dicitur cuius nomine competit interdictum unde vi L. si quis in tantum. C. unde vi. (c) Hinc quæri solet cuius furti raptor teneatur? Manifesti ipsum teneri concludo. L. qui rem rapuit 1 ff. h. tit. L. si quis uxori § 2. § ult. ff. de furt. L. si vendidero 20. § cum raptor ff. de furt. Hotom. ad § 1. Instit. h. tit. Cuiac. 6 obs. 2. & 8. obs. 24. Vult. ad d. § 1. num. 1 c. qui dissidentes refellit. (d) Vnde quæsitum memini, cur raptor mitius puniatur quam fur? Varij varias adferunt rationes, quas tamen omnes ineptas arbitramur, easq; docte & eleganter suo more indagat & refellit Vult. ad d. § 1. num. 13. Instit. h. tit.

IX.

Tertia delicti privati species est L. Aquilia quæ plebiscitū vocatur, per quam iniuria & culpa etiam eius qui nocere noluit plectitur (a): Eius olim tria fuerunt capita: (b) hodie primum (c) & tertium (d) usu frequentantur.

(a) L. lex Aquilia 1. L. sed & 5, ff. ad L. Aquiliam. vide Cuiac. 14. obs. 16. (b) L. lege Aquilia. 2. L. Si servus 27. ff. ad L. Aquil. (c) quo cavetur, ut si quis servum servamve alienam, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti eo anno plurimi fuit, tantum æs domi-



no dare tenetur. d. L. lege Aquilia 2. L. inde Neratius 27. § hæc actio  
 10. ff. ad L. Aquiliam. Secundi capitis argumentum apud Plau-  
 tum in Pænulo extare primus docuit Chiffletius: qui de ear<sup>e</sup>  
 libellum singularem scripsit. Fuit autem de servo corrupto, & ideo in de-  
 suetudinem abiit, quia subsecutum est prætoris edictum multo rigidius &  
 acerbius ut est in L. 5. § hæc actio 2. ff. de servo corrupto Diss. Cuiac. in  
 paratit ff. ad L. Aquiliam, quem communiter se quuntur Vult. 1. I. R. cap.  
 49. num. 34. (d) Tertium caput omnia reliqua damna continet, & de  
 usto, fracto, rupto, loquitur. Sed ita ut tanti damna æstimentur, quanti  
 plurimi res fuit 30. diebus proximis d. L. inde Neratius 27. § sed & si 5  
 cum § seq. ff. ad L. Aquiliam. § tertio capite 13. & § illud palam est.  
 14. Instit. eod. An autem libero homine occiso vel vulnerato  
 lex Aquilia locum habeat quæritur? Et habere dicendum est. L.  
 liber homo 13. l. qua actione 7. in princip. ff. ad L. Aquil. Cuiac. 21.  
 obs. 20. Vvesemb. in paratit. ff. ad L. Aquil. num. 7. Is in cuius æ-  
 dibus incendium oritur, non aliter vicino exinde damnum  
 passo hac actione tenebitur, nisi culpa certæ personæ excita-  
 tum fuisse incendium probetur. argumento L. incendium ubi Glos-  
 sa C. si cert. per. L. penult. de incend. Gail. 2. obs. 22. num. 3. Trentl.  
 disp. 18. th. 8. lit. C. volum. 1.

X.

Actio hæc L. Aquiliæ vel Civilis est (a) vel Prætoria in  
 factum (b): & utraque non solum damnum datum (c) perfe-  
 quitur, sed etiam quanti interfuit hominem extinctum non fuis-  
 se, ita tamen ut affectionis ratio nulla habeatur (d).

(a) L. sed et si § iniuriam autem 1. & seq. ff. ad L. Aquili-  
 iam L. qui servandarum 4. § final. ff. de præscript. verb. (b) L. quia  
 actionum 1. ff. de præscript. verb. L. in laqueum 55. ff. de acquir. rer.  
 dominio & locum habet cum neq; à corpore, neq; in corpus, sed alio mo-  
 do damnum datum est. § final. Instit. ad L. Aquiliam & ibid. Cuiac. in  
 notis (c) § illud 10. Instit. hoc tit. L. ait Lex 21. § sed utrum ult. cum  
 L. seq. & L. inde Neratius 23. ff. eod. (d) L. si servum meum in prin-  
 cip-



cap. d. L. ait lex 21. § final. cum L. seq. ff. ad L. Aquiliam Schneidvv. all  
rubric. ibid. num. 11. Vide Robert. 3. sent. 4. Dissent. Costal. in L. 3. de in-  
literniurand. Alciat. in L. unic. C. de eo quod interest. & alij.

## COROLLARIUM.

Iure Civili valde ambiguum est, u-  
trum aliquis ob simplex furtum commis-  
sum mortis pœna plectendus sit? Nos quo-  
minus in illam descendamus sententiam  
expressis iuris textibus convincimur.

*Ius enim Civile & Prætorium furem manifestum  
quadrupli, nec manifestum dupli pœna afficiunt spœna  
manifesti s. Instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt Gel-  
lius lib. 20. cap. 1. neq. me hercules iniuria cum rationi  
quoq. & iurigentium nihil magis sit conveniens, quam ut  
fur, qui in pecunia nos lædit, vicissim in pecunia mulctatur,  
ut eleganter docet Theophilus in S. ius autem civile. In-  
stitut. de I. N. G. & C. Accedunt his constitutiones  
novellæ Iustiniani Imperatoris in auth. sed novo iure. C.  
de servis fugitivis ubi dicitur, sed pro furto nec morietur  
nec al. quod membrum abscindetur, sed aliter castigabi-  
tur: quod & ipsum totidem verbis habetur in Novell.  
134. cap. final. ex quo. d. auth. de prompta est. Et hanc sen-  
tentiam communem & veram esse testatur Angelus in  
tract. malefic. super verbis etiam vestem calestem, vers.  
& nota bene num. 12. Bartolus in L. capitaliam §. famosos  
ff.*



ff de pœnis Different. iur. Civil. & Saxonie. parte 4.  
differentia 35. num. 3. Ab hac sententia recessit Cuiaco  
9. obs 37. per L. cum servus 15. ubi etiam Gothofre-  
dus ff de condictione caus. dat. caus non secut. ubi habetur  
servum in furto deprehensum à prefecto vigilum  
ultimo supplicio fuisse adfectum. Sed respondeo ex  
sententia Iasonis ad S. ex maleficiis Institut. de  
act pœnam corporalem fuisse impositam non de iure,  
sed de facto: propterea etiam vero domino contra e-  
am, qui servum quasi in facinore deprehensum prefe-  
cto tradidit, varia actiones competunt, quæ etiam in  
d. L. cum servus 15. enumerantur. Deinde pro sua sen-  
tentia confirmanda adducit L. interdum 56. §. qui fu-  
rem 1. ff. de furtis: Sed respondeo ex L. in servorum  
10. §. in pœnis 2. ff. de pœnis, quod gravior interdum  
pœna infligatur contra legem ne quis infamia notetur.  
L. ordine 15. in princ. vers. durioribus ff. ad municipi-  
pal. Deinde dici potest id speciale esse, & fieri pro-  
pter utilitatem personæ quia erat servus, quoniam ut  
ait Agellius lib. 11. cap. ult. in servos gravius, quam  
in liberos homines furti nomine an advertebatur: &  
cum servus non habeant in ere luan in corpor. L. final. ff.  
de in ius vocando. Interim tamen nõ nego de furto civi-  
liter & criminaliter agi potuisse ut constat ex d. L. 36.  
§. 2. Sed fures capitali supplicio fuisse adfectos, id  
vero perne o. Nihil pro Cuiacij sententia confirman-  
da facit cap. 1. nic. §. Sed si quis de pace tenenda.  
in vsibus feudo. quia ipso Cuiacio teste, loquitur  
tantum in causa fracte pacis, atque ita de furto se-  
ditioso argumento rubric. & d. §. Sed si quis: Ita-  
que punit



que punit fures, non tam quatenus fures, quam qua-  
tenus pacis perturbatores: ut pluribus explicat Ber-  
cholt in tractat. de pact, cap. 2. num. 14. in se-  
cund. pact. division. & in Institut. ad  
s pœna in fine Institut. de ob-  
ligationib. que ex delicto  
nascuntur.



Disputat. XX.



Humanissimo & Doctis:  
Dn. VVOLFGANGO MIESERO  
Berol. in jure disputanti.

**F**elicitem Sortis ambiguam & levem  
Quam vulgus amens unice sibi vovet,  
Votis DEorum semper aures verberans:  
illam Sophorum candida & sapiens cohors  
Ratione iustâ devovet: nihil putans  
Felicitate Sortis infelicius.

Sors facilis est dando, tuendo sed data  
Difficilis, adimens sæpè, raro addens datis.

Serena VIRTUS dona confert libera,  
Remota ab omni motuum vertigine.

Verum otiosis nullus hanc suspirijs  
Adipiscitur: nam regia ante limina  
Labor satelles, & rubenti imagine  
Sudor decorus præstolatur, & viros  
Sincerè amantes ducit ad sacraria:  
Facitq; copiam ante amata virginis:  
Namq; hacce Virtus lege virgo est integra,  
Ut copiam quò pluribus sui facit  
Eò sit pudicior sit & formosior.

MIESERE Phœbi flos, amor Themidos novus,  
Ande ardua, & dura impiger pergas via.  
Studia & labores sacra pulvinaria  
DEÆ intueri perspicaci lumine  
Dabunt, at ipsa te invidendo munere  
Virtus beans, Sapientiam & Prudentiam  
Felice neestet vinculo Poëtices,  
Et sic habebis duplicato præmio  
Felicitate pro levi & miserabili  
Felicitatem quâ nihil felicius.

M. Samuel Dresenius P. L.  
Eidem.



Eidem.  
VVOLGANGUS MIESER.  
*ἀναγεγραμμένος*  
EVULGO, MAGNVS ERIS.

**V**Nde tibi veniat, demiror, nomen id aptum,  
Portentans studys omina grata tuis.  
Et magis admiror, latitans sub nomine quando  
Omen paulò altâ mente revolve tuum.

Nomen **VV**OLGANGI felices innuit aptè  
Successus studijs. Quid cupis ulterius?  
Omen, **MAGN**US ERIS, di**VV**LGO nominis amplam  
Præfugit famam. Quid cupis ulterius?  
Ergò tuis cœptis calcar non addere noli,  
Et studium firmo continuare pede.  
Sic quod divinant utrumq; & nomen & omen,  
Sponte lubensq; tibi conferet alma Themis.

Sympatriotæ charis: scribb,  
Iohannes Guedigenius Colo-  
niensis March.

*genito* **ALIVD.**  
**D**E *capite* Atlantis didicisse fideliter artem  
Furandi magnus fertur Vlyssis avus:  
Scilicet ut fulvi sibi pondera quæreret auri,  
Et furto multas concumularet opes.  
Tu benè furtorum docto qui discutis ore  
Materiam, quondam, pergito, dives eris.  
En age **VV**OLGANGI felici nomine polles  
**ITO BENE** & Iuris volve revolve libros  
Olim sic poteris optatam attingere metam  
Et tibi divitias regia Iuno dabit.

Georgius Crusius Coloniensis.

**F I N I S.**



ULB Halle 3  
003 254 984




Sb.


W017












B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



[1601], 2 11



O XIX.  
I BONO  
RVM, ET  
ILIA,

imi Jurisconsultorum  
acofurdensium

Numine

O E

Stabenaw ET  
SiL.

batur

MIESER  
h.



adrum

Voltzii,



5

